18

19.3.1946

*Il procuratore generale della « consociazione » della Società sacerdotale della Santa Croce e dell'*Opus Dei, *Alvaro del Portillo, chiede alla Sacra Penitenzieria Apostolica l'indulgenza plenaria per gli atti di ammissione, « oblazione » e « fedeltà » sia nell'*Opus Dei *sia nella Società sacerdotale della Santa Croce.*

Sociedad Sacerdotal
de la
Santa Cruz
y *Opus Dei* (1)

Beatissime Pater,

Infrascriptus, Alvarus del Portillo, sacerdos, Generalis Secretarius necnon Procurator consociationis, *Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis* dictae, et *Operis Dei*, ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, haec, prout sequuntur, exponit:

Cum huius nostrae *Sanctae Crucis Sacerdotalis Societatis* eiusque proprii operis, quod *Opus Dei* vocatur, haec peculiaris nota sit, ut nimirum, in eadem Institutione iam semel membris cooptatis, sic dictam *Oblationem* emittant, qua, ad religiosorum instar, votis adstringuntur, cui subsequitur et ea, quae a nobis *Fidelitas* appellatur, quaque perpetua vota iidem sodales profitentur; cumque huiusmodi similes actus apud religiones generatim permultis indulgentiis ditentur; hinc

A Sanctitate Vestra humillime expostulo quatenus, ad illum augendum fervorem, quo sodales nostri, scientia atque aetate plerumque maturi, ad hanc nostram Institutionem, mundo relicto, convolarunt et convolant, Plenaria Indulgentia benigne ditentur omnes huiusmodi actus, tum in *Opere Dei* cum in Societate ipsa Sacerdotali *Sanctae Crucis*, *Admissionis*, scilicet, *Oblationis* atque *Fidelitatis* (2).

Et Deus...

Alvarus del Portillo

Romae, e domo nostra, C. Rinascimento, n. 49, die 19 martii 1946.
timbro

Archivio della Sacra Penitenzieria Apostolica, posizione n° 7502/46.

---

(1) Mentre l'intestazione « Società sacerdotale della Santa Croce » è stampata, quella di « y Opus Dei » è una aggiunta dattilografata, e sarà l'occasione, insieme con la parola « consociazione », per la Sacra Penitenzieria Apostolica di informarsi su quali siano l'esatto titolo e la configurazione dell'istituto (cf. doc. n° 26).

(2) La richiesta di Alvaro del Portillo reca, sullo stesso foglio e vergata a mano, anche la commendatizia dell'Ordinario di Pamplona, con queste parole: « Praeces commendamus, † Marcellinus Episcopus Pampilonensis praesens in Curia ».